

PRIMA PARS CAPITIS.

Titulus.

1. Iste est liber generationum Adam.

EXPLANATIO.

Titulus argumentum capituli & argumenti dignitatem indicat. ספר liber pro catalogo: vt Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi: à ספר numerare, exponere. תלדות generationes Adam: intelliguntur gradus generationum descendentes recta linea ab Adam vsque ad Nohe. Collaterales lineæ omittuntur, quas multas fuisse, non est dubium: quoniam singuli patres etiam alios filios & filias generasse dicuntur præter recte descenden-

Ates. Omittuntur autem, quia Spiritui sancto non fuit propositum, nisi lineam Christi & Chronologiæ seriem pertexere. Ergo תלדות actiue significat generationes Adam, id est, quas Adam genuit, filios, nepotes, pronepotes, abnepotes, &c. Matth. 1. passiuè dicitur Liber generationis Iesu Christi, qua nempe generatione Christus ex patribus descendit, seu generatus fuit secundum carnem.

SECUNDA PARS CAPITIS.

De origine generis humani.

In die, quo Deus creauit hominem, in similitudine sua creauit eum.

2. Masculum & fœminam creauit eos: & benedixit eis: & vocauit nomen eorum Adam homo, in die, quo creati sunt ipsi.

EXPLANATIO.

IN DIE, QUO DEVS CREAVIT B HOMINEM. Ante catalogum generationum Moses breui recapitulatione repetit de hominis creatione quædam maxime memorabilia.

Primo, quod primus homo non fuerit humano semine generatus, sed creatus à Deo, qui corpus hominis ex gleba terræ formauit, animam ex nihilo inflauit, supra cap. 1. v. 2.

Secundo, quod homo sit creatus non ab æterno, sed in die nempe sexto, supra cap. 1. 26.

Tertio, quod factus sit non infirmus, mortalis, aut prauus, sed in similitudine Dei, hoc est, beatus, rectus, & immortalis, sicut Deus: cap. 1. 26. vbi Moses coniunxit duo בְּצַלְמֵנוּ כְּדִמְיוֹתָנוּ: In imagine nostra, secundum similitudinem nostram, in quibus ostendimus, frustra quæri dis-

crimen: quia & ibi ver. 27. וְלֹא יִשְׂרָאֵל, & sic וְלֹא יִשְׂרָאֵל indiscrete ponitur pro utroque. Quæ vero sit illa Dei imago & similitudo in homine, ex supra dictis petatur.

Quarto, quod hominem Deus creauerit masculum & fœminam, nõ vnum ἀνδρόγαμον, vt impuri Iudæi quidam commenti sunt, sed duos sexu distinctos, masculeo & fœmineo, quos sancta connubii lege coniunxit, vt mulier quidem esset ἡ adiutorium viro: vir autem relictis parentibus adhæreret vxori suæ, essentque duo in carne vna; vt ex legitimo maris ac fœminæ connubio genus humanum propagaretur, & ex eo æterna Ecclesia colligeretur in mundo, de quo supra cap. 2.

Quinto, quod coniugibus benedixit. Hanc benedictionem supra diximus partim esse communem homini cum reliquis

66
reliquis animantibus
res non minus,
ad libi simile generi
geros, cum dixit
vni partum natu
qua terram & o
impetio homi
Solique tam, & a
lic. 2. 8.
Nempe quod
vocauerit Adam,
non expressit, nõ
igendum; quan
ctatam, mulier
matam. Vir igit
mediate: fœmin
dote ex viro.
Causæ iterati

TER

3. Ervixit Ad
ginem se
4. Et fuerunt
5. Fuerunt ita

Sequitur Ca
seu generati
ad Nohe, in qu
celle eadem lex
generati præ
PRIMUM, d
tingit cogita
argumento cap
nare est, vt sciam
ante diluuium
in familia Seth
nez ad Nohe v
ro, motæ sim
cessiones patru
quibus nascitur
postea ab Eua
Christi recitant